



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiae Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Intellectu & Scientia Dei, ejusque Objecto. Item de
voluntate & volitione Dei, ejusque Objecto

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Approbatio Commissarii Generalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73680](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73680)

APPROBATIO

Commissarii Generalis.

Opus, cui Titulus, *Theologia Spiritualis, Scholastica & Moralis, in duos Tomos distributa &c.* à Reverendo P. F. JOANNE BOSCO, Ordinis Seraphici Patris nostri Francisci Lectore bis Jubilato & Provinciae quondam Definitore non minus doctè & solidè, quàm studiosè conscriptum, & tum ab Ordinario, tum à Theologis Ordinis paris cum præcedenti illius Theologia Sacramentali eruditionis dijudicatum ad Dei gloriam, Ordinis honorem communemque Theologorum utilitatem typis mandari poterit. Datum Mechliniæ in Conventu nostro FF. Minorum Recollectorum, die 29 mensis Januarii, anni 1686.

F. JVDOCVS SCAILLET

Commissarius Generalis.

FACULTAS

Reverendi Admodum Patris Provincialis.

Vlris testimoniis Sacrae Theologiae Lectorum nostrae Provinciae, Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum, consentio, ut servatis servandis *Theologia Spiritualis, Scholastica & Moralis, in duos Tomos distributa &c.* Rev. Patris JOANNIS BOSCO, in Univeritate Lovaniensi Lectoris bis Jubilati, ac Provinciae Germaniae inferioris Exdefinitoris imprimatur, ut omnium tum docentium, tum discipulorum utilitati cedat. Datum Antuerpiae in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum, Anno 1686. die 27 mensis Januarii, sub nostro Chyrogapho, officiique sigillo Minori.

FR. COSMAS MEERSMANS

Minister Provincialis.

APPROBATIO

Theologorum Ordinis.

Quoniam, teste Augustino l. 12. de Trinit. c. 14. *Hac est Sapientia & scientia recta distinctio, ut ad Sapientiam pertineat aeternarum rerum cognitio intellectualis, ad scientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis,* hinc ad magnum sapientiae profectum typis mandabitur opus posthumum R. P. F. JOANNIS BOSCO, Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum S. Theologiae Lectoris bis Jubilati, cui Titulus *Theologia Spiritualis, Scholastica & Moralis, in duos Tomos distributa &c.* Etenim manuducit intellectum ad rerum aeternarum cognitionem cum summa efficacia, ac sententiarum controversarum indifferentia. Datum Antuerpiae in Conventu nostro FF. Minorum Recollectorum die 26 Januarii, Anno 1686.

F. ANDREAS VAN HOUTEN, *S. Scripturae Lector.*

F. GUILIELMUS VAN GOORLAECKEN, *S. Theol. Lector.*

F. GEORGIUS DE HAES, *S. Theol. Lector.*